# IOANNIS ANDREAE
## I. C. BONONIENSIS
## OMNIVM CANONICI IVRIS
### INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS,

# In ſextum Decretalium librum Nouella Commentaria

Ab exemplaribus antiquis, mendis, quibus referta erant, diligenter expurgatis, nunc impreſſa.

*His acceſſerunt doctiſſimorum virorum annotationes,*

Summis, ac rerum omnium memorabilium Indice locupletiſſimo.

Venetijs, Apud Franciſcum Franciſcium, Senenſem,

M D LXXXI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

# IOANNIS ANDREAE

## BONONIENSIS

### IVRIS CANONICI FONTIS VBERRIMI,

## In Sextum Decretalium Librum Commentaria (quæ Nouellas appellauit) acutiſsima.

CVm eram paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Cũ autẽ factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. prima ad Corinth.xiij. licet diuinæ Maieſtatis conſilium ſupernaturaliter quandoq; reuelet paruulis, quod ſenioribus tenet occultum. Matth.xj. Lucæ.x. Naturali tamen ex curſu diſcernimus paruulos ætatis progreſſu, & experientia caſuũ pleniorem veritatis menſuram attingere, quaſi pedetẽtim, vt ſcripſi ſuper clementinarum procemio, quod probat idẽ Apoſtolus ad Hebreos.v.in fi.dicẽs. Omnis qui lactis particeps eſt expers eſt ſermonum iuſtitiæ paruulus enim eſt. Perfectorum autem cibus eſt cibus ſolidus eis qui pro conſuetudine excitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali, & ad Epheſ.iiij. Iam non ſumus paruuli fluctuantes & circumferentes nos omni vento doctrinæ. Et ob hoc dicebat pſalmiſta de ſe pſal. xxxvi. Iunior fui etenim ſenui, & patrinus meus beatus Hieronymus ad Nepotianũ de vita clericorum dicit, quod quis ætate fit doctior, vſu inſtructior, & temporis proceſſu ſapientior. Ibi vide in Hieronymiano, in prin. Ad idem.xxvj. quæſt.iiij.ſciẽdum, poſt prin. Cum autem reprehenſibile doctis verbo vel ſcripto principaliter conſiſtat in tacendo dicenda, vel dicendo tacenda.lxiij.di.ſit rector.in princi. vtriq; reprehenſioni in gl. huius libri me ſciens fore ſubiectũ exiſtimaui hoc vtile cõtra primum proſequi ſuper hoc libro Nouellam, quæ tacita ſuppleat, & contra ſecundũ apparatum, additionibus tamen pauciſſimis reformare, quæ ſuppleant, quod de originali deficit. & maxime propter clementinas, corrigendo quod expedit, quẽ imprudenter fieri æſtimabit imprudens, vt dicit Aug. in li. retractationum, in princi. facit de accu. qualiter.j.& cõcor. quas allegat ibi.iij.gl. Conſtat etiam, vt eodem libro dicit Augu. ꝙ in multiloquio facile falſi loquium incidit, cui bene conuenit, de iureiuran. & ſi Chriſtus. in fi. Et dicit Hieronymus in prologo libri Iob. Eſſe non poteſt, quod in aliquibus non errent multa ſcribentes, ga vero ſicut malum eſt homini, vt veritas eum vincat inuitum, ita bonum eſt illi, vt volens vincatur ab illa, ſecũdum Augu. in epiſtola ad Paſcentium arrianum. in fi. Ideo quia paruulus ſcripſi, nunc autem in ætate virili volens me veritati ſubiicio, imitando Hieronymianũ, quẽ vide in Hieronymo ſuper Abdiam, in princi. Et eſt præſciẽdum, quod ſi gloſſas meas in ordinarias recipi, vel in ſolennibus chartis circa textũ deſcribi putaſſem, nullũ, vel ſummæ breue procemium poſuiſſem, & ꝗ plura breuius deſcripſiſſem, ſed ſperãs ſaltẽ aliquorum per alterũ de compilatoribus ordinarias gloſſas ſcribi, mihi licere putabam deformes chartas ouinas interdũ de non multũ expedientibus occupare. Secundo ſciendum, quod ad ſenarium numerum pertinet tres fuiſſe huius libri cõpilatores, de quibus in procemio, & tres fuiſſe gloſſatores, de quibus conſtat ſcilicet dñm Io. mona. & me, qui fuimus ꝯcurrentes, & Archi. qui ſcripſit primis apparatibus publicatis. In quibus autẽ diſcordauerim ab eis in modo gloſſandi, dicam.j.ſuper prima rubrica. Quamplures autẽ ſecuti ſunt nos tres, quorum aliqui omniũ trium faciũt mentionẽ. Ego autem prædictorum duorum & aliorũ ſcripta hic inſeram, prout potero, decurtata, quod ſuũ fuerit cuique tribuendo. Eſt.n. vt dicit Plinius ſecundus ad Veſpaſianum, benignum & plenum ingenij pudoris fateri, per quos profeceris. Item obnoxij profecto animi & infœlicis ingenij eſt deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa tantum ſunt quatuor, quarum duæ ſunt eſſendi, vt materialis, & formalis, & alia duæ fiendi, vt efficiens & finalis.*

PROOEMIVM.

BOnifacius. Anteꝗ̃ ad tex. vel glo. primã deſcendã, eſt ſciendum, ꝙ Io. mon. cardinalis in hoc ſumme commẽdandus, ꝙ poſt cardinalatũ ſatis laborauit ad ſciẽtiam in ſe augendã, quam & aliis in hoc libro cõicauit, nulli dirigens opus ſuũ. Inchoabat poſt Dei inuocationẽ, ꝙ quia ſm philoſophum. Scire eſt rẽ per cauſas cognoſcere.xj.q.iij. occidit. de teſti. cum cãm. iõ dicebat ſe velle cauſas diſtinguere, dicens † ꝙ cauſæ ſunt quatuor, quarum duæ ſunt eſſendi, vt materialis & formalis, & duæ fiendi, vt efficiens & finalis. ſubdens, ꝙ finis eſt cauſa cauſarum in intentione. ſed eſt effectus cauſarum in executione.xxxv.di. ab exordio. & c. ſexto die. Dat exemplũ. Intendo domificare ad hũc finẽ, vt domus me protegat a calamitatib. ab intẽſis calorib. & pluuiis, hic finis mouet efficientẽ, motus ꝑ hoc efficiẽs ꝑparat materiã, & tandẽ in mã præparata inducit formã, ex quib. finis inducitur vt effectus cauſarũ. De cæteris, q̃ hic proſequitur, vide, quẽ dixi in procemio Gregorianæ ꝯpilationis ſuper.j.gl. Archi. aũt opus ſuum dirigens ad rectores vniuerſitatis ſcholarium huius ſtudij narrat, quomodo ad ſtudentium inſtantiam aſſumpſit hoc opus gloſſandum ſm capacitatem ſibi datã à Deo, cuius multæ ſunt operationes, j.q.j. multæ. Inchoat autem, quõ Deus formauit hominem &c. ꝑ modũ quẽ ſcripſi poſt Goff. ſuper Rubri. de ꝯſtitu. cõcludens pro Chriſti ſuffragio ſuæ matris & beati Petri principis apoſtolorũ, quẽ dicit ſuum continuum directorem. ¶ Prima gl. legitur,